



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Francisci Toleti S. R. E. Cardinalis Svmma Casvvm  
Conscientiæ, Sive De Instrvctione Sacerdotvm Lib. VII**

**Toledo, Francisco de**

**Coloniæ Agrippinæ**

53. De quibusdam notabilibus pro alijs cambiorum speciebus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40916**

*De quibusdam notabilibus pro alijs cambiorum  
speciebus.*

### C A P V T L I I I .

**A**Nequam cambium per literas, & reale explicemus, oportet aliqua fundamenta norare viilia pro plorū institūtū intellecūtione & discussione. Primum et p̄tium pecuniae tribus de causis p̄cipue variari posse.

Prima est, ratione legis: nam potest Princeps valorē vnu pecuniae augere & minuere: & hinc est, quod in diuersis regnibus eadem pecunia potest diuersos habere valores, cum una p̄tium est auctum lege illius regionis, in altera effunditum.

Altera causa est, ipse valor materiæ, quia pecuniae dividuntur in metallis diuersi valoris; vnde ducatus Castellæ minorat, quam Lusitanæ, quia ille est auri impurioris, hic autem purioris.

Potest etiam variari ratione majoris aut minoris pōderis & attēde, quod hæc variatio deseruit ad commutationesnam quamvis ducatus Castellæ vnum habeat p̄tium, quantum ad emptiones, tamen quantum ad commutationes potest variare p̄tia iuxta diētam considerationem.

Tertia causa est, copia, aut inopia pecuniarum. Hæc tamen causa, etiam variat valorē, quantum ad commutationem atq; ex hac causa prouenit, vt apud forum mercatorum & camporum, pecuniae modo plus, modo minus valeant: nam solum aliquando commutatur & cambiatur tredecim, aliquid duodecim iulij, pro copia vel inopia pecuniarum. Nota tamen, esse duas fraudes in hoc augmento pecuniarum in his foris.

Prima est, monopolium. Aliquando enim solet duoi tres mercatores conuenire, & ante tempus, velin p̄mū vnu nundinarum, à camporibus accipere omnes pecunias soluedas in alijs locis: cum aurem alij veniunt, non inueniunt pecunias, nisi apud illos, & sic valor augetur; sed ita est aperta fraus; nec illi licite possunt tunc augere p̄tium.

Altera fraus est, quia simulant campores, se non habere pecuniam, cum tamen habeant, & ex hac ficta inopia credidit p̄tium; tamen hoc etiam iniustum est: debet ergo ex ficta causa augeri.

augeri pretium, putà, cum in opia prouenit: quia verè est paucitas pecunie, aut propter bellum, aut alia impedimenta, aut propter multitudinem emporum, aut perentium cambia.

Aduertendum est secundò, multum interesse inter cambiū, & mutuum: num quam enī licet mutuare pecunias in loco, ubi minus valent, ut dentur in loco, ubi plus valent: hoc enim est usura, cum ultra capitale mutuum in lucro accipiatur. At vero cambiare licet pecunias minus valentes in loco uno, pecunias plus valentes in alio loco, ut tenet Nauar. super cap. fin. de usur. num. 61. non enim cambium mutuum est, sed permutatio quadam, in qua, ob causas post dicendas, licitum est plus prominori pretio accipere.

Aduertendum est tertio, pretium in cambijs non aliter commode mensurari posse, nisi per tres regulas precedentibus, aut per legem, ubi lex taxavit pretia cambiiorum, aut per yniuersalem consuetudinem, ubi lex non viget, aut arbitrio boni hominis, ubi illa duo non sunt, habita consideratione ad loca, ubi lex vel consuetudo viget. Hoc autem pretium datur campiori, ob transmissionem seu transporationem, quam ex loco in locum facit, ipsarum pecuniarum, in cambio præsertim per literas: in reali vero, quia dat pecunias præsentes pro absentibus: & in virtuo, propter periculum expensas, labores, & obligationem, qua paratus est dare & accipere.

Aduertendum est quartò generaliter in hoc, & in sequenti cambio unum multum necessarium: nempe, non licere cambiō accipere maius pretium, pro maiori temporis mora, nec dare danti camporibus minus dare pretium pro maiori mora solutionis: quo:iescumq; enī pretium variatur pure, ratione dilationis temporis, tunc est usura virtualis. Dico autem pure, quia (ut dicimus postea) cum intercedit lucrum cesseris in mora maiori, aliquid ratione huius exigi potest; sed in ratione solius temporis, per hanc regulam, inferius iniuria aliquot apparebunt. Nec est simile de loco & tempore: etenim pro loco distantiori augere pretium, quia in loco lenti per se maius periculum, majorque labor, & expensæ sunt non ratiōne in tempore, perse loquendo, nisi ratione damni, vel lucri cessantis. His prænotatis, accedamus ad species cambijs per literas.



*De cambio per literas.*

C A P V T L I V .

**H**ec cambium quinque modis sit, quamvis alijs duorum tantum m emincerint. Vnde possumus ipsum in quatuor dividere species.

Prima est; cum Petrus dat campori centum Romæ, vbi sibi Venetijs nonaginta quinque, alijs quinque accepit pro pretio ipsius camporis, qui literas suas dat Petro pro Venetijs. In hoc autem cambio attenditur valor idem pecuniarum: ut, dat Petrus centum aureos, singulos valoris undecim lliorum, & recipit nonaginta quinque eiusdem valoris Venetijs; hoc cambio omnes probant esse licitum; & rati, nec aliam habet in iustitiam, nisi cum iniustum exigit pre-  
mium; hoc tamen existente iusto, nullus est scrupulus de conti-  
bendus.

Altera species est, cum quis dat campori pecunias, vbi minus valent, vt recipiat illas, vbi magis valent: verbi gratia, certi testones centum Mediolani, vbi minus valent, vt recipiat Venetijs, vbi magis valent, soluto iusto pretio campori: hoc cambio iustum est, secundum Sylvest. vsura 4. §. 8. & Tabien. ver. vsura; est tamen declarandum iuxta Nauar. cap. fin. de sur. ma. 62. In cuius gratiam aduerte pecunias absentes minus valent, quam praesentes, quando vtræq; eiusdem sunt precij, vt aureus undecim Iuliorum Venetus minus valer Romæ, quam aureus eiusdem undecim Iuliorum existens Romæ. Tanto autem minus valet, quanto est distantia maior vel minor, præterea si accedit periculum. Ex hoc sequitur, quod, qui dat Romæ pecunias camporibus, possit recipere alio in loco alias magis valentes: nam istæ minus valent in illo loco, vbi iste suscep-  
tione dat campori. Tamen debet esse excessus valoris proportionatus distantiae, vt tanto plus valeant in loco vbi recipiendæ sunt, quanto minus valent in illo loco vbi absentes sunt; nam si valent ita plus, vt adhuc absentes excedant valoris praesentium, contractus est iniustus.

Tertia species cambiij est, cum e contrâ Petrus dat campori Romæ pecunias, vbi plus valent, vt recipiat eas vbi minus valent, & soluit pretium campori. Hoc cambio diliguit Syllo. loco allegato: nam si campor reddit in eadem specie pecunias: vt, si acccepit aureos, reddit aureos, licitum est; si vero

160